



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 38. Bohemorum Deputati Basileæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. Cui Sfortia respondit: insanirem, si solo  
A. C. 1433. & vano cujusdam marmoreæ statuæ præ-  
 sidio fretus, insolitæ magnitudinis be-  
 stiam provocarem, quæ me dentibus, suis  
 que unguibus aggredi, citatisque passibus  
 insequi posset, hisce verbis significans,  
 quam infirmum, atque incertum esset Co-  
 lumnensium auxilium, quam vero poten-  
 tes Pauli Ursini vires. Historici ad præ-  
 sentem quoque annum revocant suppli-  
 cium Francisci Carmaniæ, celeberrimi  
 hujus sæculi Belliducis, quem de con-  
 spiratione cum Mediolanensium Duce su-  
 spectum Veneti capite truncari jusserunt.

## §. XXXVIII.

*Bohemorum Deputati Basileæ.*

*En. Sylv.  
Hist. Bohem.  
c. 49.* Die quarta Januarii Anno Domini mil-  
 lesimo quadringentesimo trigesimo  
 tertio Bohemorum Deputati Basileam ve-  
 niunt. Ingrediuntur urbem cum ingenti  
 pompa, ac trecentis Equitibus stipati. Un-  
 dique certatim confluit populus. Viros hos  
 ce avidius contemplaturus; plerique ta-  
 men torvos eorum vultus aspicere dedi-  
 gnabantur, memores fævitiarum, quas  
 pro pertinaci hæresis defensione ab iis per-  
 petratas audiebant. In unum tamen  
 Procopium omnium desigebantur obtu-  
 tus, utpote quem illum esse noverant, si-  
 ne cuius auxilio Zischa nil ardui molieba-  
 tur,

Si folo  
e præ-  
s be-  
, suis  
ffibus  
icans,  
et Co-  
poten-  
præ-  
uppli-  
errimi-  
con-  
ce su-  
erunt.  
  
tur; quippe post Zischæ obitum Ducis Sæcul. XV.  
Austriaci superavit exercitum, ac bina vi-A. C. 1433.  
ce sola sua præsentia totum Imperii robur  
in fugam vertit. Hosce Deputatos Sy-  
nodus solemniis alias Regum ac Princi-  
pum Legatis exhiberi solitis exceptit.

### §. XXXIX.

#### *Oratio Juliani Cardinalis ad Bohemos.*

Accersiti sunt hi Deputati ad Congrega-  
tionem nona Januarii habitam die præ-  
stituto, quo huic negotio initium daretur.  
Julianus Cardinalis Synodi Præses eos  
alloquebatur, prolixo sermone exaggerans  
mala, quæ ex schismate orirentur, cum-  
que sacrarum literarum peritissimus esset,  
ingenti textuum ex divino Codice de-  
promptorum apparatu comprobatum fe-  
cit, *Ecclesiam Christi Salvatoris Sponsam* Labbe ap-  
omnium fidelium Matrem esse, claves ligandi, pendic. I.  
atque solvendi habere, in his, quæ necessaria Conc. Basil.  
ad vitam æternam esse creduntur, errare non  
posse, qui eam contempserit, alienum, propheta-  
num, & quasi ethnicum publicanumque cen-  
fendum, eam nusquam melius, quam in gene-  
rali Concilio repræsentari, statuta Concilio-  
rum, Ecclesiæ placita existimari, quibus non  
minus, quam Evangelii credere oportet,  
cumque Concilium Basileense legitimum esset,  
Bohemos, qui se filios Ecclesiæ dicent, vo-

E 5

cem